



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theophili Bernardini E Societate Iesv De Religiosæ
Perseverantiae Præsidiis Libri XI. ...**

Bernardin, Théophile

Antverpiae, 1622

Cap. I. Scribendi ratio & argumentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47032](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-47032)

L I B E R P R I M V S,

Quædam complectens quæ ad Perseuerantiam
proprius attinent.

C A P V T I.

Scribendi ratio & argumentum.

Ecce tamen, carissime frater, hora illa tot votis expetita, totiesque nimia tarditatis incusata aduenit: opum cōmoda, gentis decora, Religionis humilitate mutasti, & à perituis ad æterna, sapienter amore conuerso, præterlabentis mundi despectum, non minus verè quam fortiter, toto ipso mundo maiorem credidisti. Quin etiam, ut te ipse penitus vinceret, maturo consilio, id ætatis & nobilitatis vir, vitam quasi retexere, & ad spiritus incunabula redire cœpisti, tiro inter riones, Magistro ad nouam palaestram efformandus assides, dicentisque verba rebus ipsiis expleturus, memoria commendas. Sic leguntur olim Isidori, Arsenij, Damasceni, splendore munerum in rep. gestorum illustres, agrestibus quidem illis, at seueris virtutum exactoribus Ægyptijs, tundendos se atque retundendos, velut ferrum in incude præbuisse. Quorum exemplo si quæ hac scriptio commendauero, præstiteris, erit quodd aliquando opinicia victori Iesu, non sine tua laude decantes.

Sed exemplo & verbis D. Hieron. malo utilis esse monitor quam vanus videri assentator. Hęc ergo scribo ut intelligas tibi excenti de Sodoma, timēdum esse Lot uxori exemplū. nulla est enim in hoc libello adulatio. adulator quippe, blandus inimicus est. Nulla erit rhetorici pompa sermonis, que te etiam inter angelos flatuat, & beatitudine* Religio- nis exposita, mundum subiectat pedibus tuis. Nolo tibi venire superbia de proposito, sed ti- morem. Onus incedis auro: Latro tibi vitandus est. Stadium est hęc viae mortalibus: hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes & scorpiones securus ingreditur. Et inebriatus est, inquit Dominus, gladius meus in celo: & tu pacem arbitraris in terra, qua tribulos generat & spinas? quam serpens comedit? Non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, & rectores harū tenebra- rum, aduersus spiritualia nequitie in celestibus. Magnis inimicorum circumdatamur agni- nibus, hostium plena sunt omnia. caro fragilis, & cinis futura post modicum, pugnat sola cum pluribus: cum autem fuerit dissoluta, & venerit princeps mundi huins, & inuenientur in ea

*Ex Hieron.
epist. 22. ad
Eustoch.*

** Pro Reli-
gionis,
virginita-
tis est apud
Hieron.
Isaia 34.*

*Gen. 3.
Ephes. 6.*

A

nibil,

2 DE PERSEVERANTIA RELIGIOSA

P̄sal. 90. nibil, tunc securus audies per Prophetam, Non timebis à timore nocturno: cadent à latere
 tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Quod si eo-
 rum te multitudo turbauerit; & ad singula incitamenta vitorum cōperis astuare, & di-
 xerit tibi cogitatio tua, Quid faciemus? respondebit tibi Heliæus: Nolit imere, quia plu-
 res nobiscum sunt, quam cum illū: & orabit, & dicet, Domine aperi ocnlospueri tui, vt
 videat: & apertis oculis videbis igneum currum, qui te ad exemplum Elie in astra sustol-
 lat, & tunctus cantabis; Anima nostra, sicut passer crepta est de laqueo venantium.
 P̄sal. 123. laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Quandiu hoc fragili corpore detinemur;
 2. Cor. 4. quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fistilibus; & concupiscent spiritus aduersus car-
 Gal. 5. nem, & caro aduersus spiritum, nulla est certa victoria. Aduersarius noster diabolus,
 1. Pet. 5. tamquam leorugiens, aliquem denorare quarenſ circumlit. Posuit̄, ait David, tenebras,
 P̄sal. 103. & facta est nox. in ipsa pertransibunt emnes bestie silua. catuli leonum, rugientes vt
 rapiant, & querant escam sibi. Non querit diabolus homines infideles; non eos qui foris
 sunt, & quorum carnes rex Assyrius in olla succendit: de Ecclesia Christi rapere festinat.
 Ierem. 19. Esca eius, secundūm Habacuc, electa sunt. lob subuertere capit, & deuorato Iuda, ad cri-
 brandoſ Apostolos expetit potestatem. Non venit Saluator pacem mittere super terram, sed
 Habac. 1. gladium. Cecidit Lucifer qui manū oriebatur: & ille qui in paradiſo deliciarum nutritus
 Luc. 22. est, meruit audire: Si exaltatus fueris vt aquila, inde detrahā te, dicit Dominus. Dixerat
 Marc. 10. enim in corde suo: Super sidera cali ponā sedem meam, & ero similiſ Altissimo. Misisti ma-
 num ad aratum, incepis es regno Dei, si respicis retro: magna ergo persecu-
 Abd. 1. randi necessitas: fac de necessitate virtutem. Non queruntur in Christianis initia;
 Idem ep. 10. hæc penitentis consolatio; sed finis: (hæc decertantis fortitudo.) Paulus male-
 e. 2. ad Fu- capit, sed bene finiuit. Iudea laudantur exordia; sed finis proditione damnatur: lege Eze-
 riam. chielem; Inſtitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccaverit: & impietas impy-
 Cap. 18. non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua. Ista est scala Iacob,
 Gen. 18. per quam angeli ascendunt, & descendunt: cui Dominus innititur, lapsis porrigenſ ma-
 num, & fessos ascendentium gradus ſui contemplatione ſuſtentans. Sed ſicut non rult
 Luc. 7. mortem peccatoris tantum, quantum vt conuertatur, & viuat: ita tepidos odit, & citi ei
 Cyprian. nauſeam faciunt. Cui plus dimittitur, plus diligit: ab eoque plura reponſuntur, cui
 epift. 7. plura data ſunt. Horum amur igiur per communem fidem, per pectoris nostri veram cir-
 glorian vestram forti & perseveranti virtute tenetis. Adhuc in ſeculo ſumus, adhuc in
 acie constituti, de vita noſtra quotidie dimicamus; danda opera eſt, vt poſt hac initia, ad
 incrementa quoque veniat, & conſummetur in vobis, quod iam rudimentis felicibus eſ-
 ſe capiſſis. Parum eſt adipisci aliquid potuisse; plus eſt, quod adeptus eſt, poſe seruare: ſicut
 Ioan. 5. & fides ipſa, & nativitas ſalutaris, non accepta, ſed custodita, viuificat, nec statim con-
 fectio, ſed conſummatio, hominem Deo seruat. Dominus hoc magiſterio ſuo docuit, di-
 * Pro Religi- cens: Ecce ſanu faclius eſt, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Puta hoc illum & * Re-
 oſo Confel- ligioso ſuo dicere: Ecce Religiosus factus eſt, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Sa-
 ligioſo ſuo dicere: Ecce Religiosus factus eſt, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Sa-
 lomon
 Cyprianus,



Mon denique, & Saul, & ceteri multi, quamdui in vijs Domini ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab ijs disciplina Dominica, receperit & gratia. Perseuerandum nobis est in arcto & angusto itinere laudis & glorie: & cum quies, & humilitas, honorum morum tranquillitas, Christianis omnibus congruat secundum Domini vocem, qui neminem alium respicit, nisi humilem & quietum, & trementem sermones suos; tum magis usq. vlt. hoc obseruare & implere Religiosos oportet, qui exemplum facti estis ceteris fratribus, ad quorum mores, omnium vita & actus debeat prouocari. — & cari Deo sunt, per quorum disciplinam nomen Domini laudabile testimonio predicatur, sicut scriptum est, Domino premonente & dicente: Luceat lumen vestram coram hominibus, ut videant opera vestra bona, Matth. 5.
Et Paulus Apostolus dicit, Lucete sicut lumina- Philip. 2.
ria in mundo.

En quid tibi, quid ceteris tui similibus loquantur hi sancti Patres: quorum exemplum & malatus, inferioribus licet, minimeq; estimandis vitibus, iisdem instituti vestigijs, deq; illius quam in semel arrepto vitae instituto tenere debemus Perseuerantie subliidis institui scribere. Et quoniā vrget opportunitas, meq; non pauca detinet, quae non valeo excutere, genus erit inscriptionis eiusmodi, quale praesens utilitas, meusque tum in te, tum in ceteros commilitones tuos affectus esse patietur. Nec enim ita tibi scribo, ut soliscribam, solum spectem; communem, & ad plures ab uno manantem utilitatem sectari prestat. Homines sumus, humanaeq; naturae contagione, iisdem natus inspergimur; lenius, acrius, hic vel ille; at fermè omnes iisdem motibus perturbamur, stimulis incitamur, rationibus tranquillamur: vixq; reperies, imò verius non reperies, quod ita vni alicui propositum, nemini vt alteri prodest possit, non semper, nō & quae omnibus, imò nec eadē iisdem semper adhibenda; at quod interdū nonnullis prodest, in commune dici potest, vt opportunè cum res, cum tempus, cum persona exiget, vel medicina malo fieri, vel bonum conseruari possit & augeri. Adhæc etiam, præcauenda sunt multa ne accidant; præmunienda non pauca, ne impugnari, neve possint subitaria, furtiva, insana hostium agressione conuelli. Quare hunc mihi ordinem in hoc libello præfixi, vt cum de Perseuerantia, paucis quae maximè necessaria sunt dixero, quædam quae ad perseuerandum potissimum facere videntur addam: quibus cum nonnulla illi magis aduersantia subiunxero, tum vero arguento proposito factum à me satis credam. Vides quād arduam, quād expletendum sit de summa omnium virtute, imò de virtutum omnium corona consequenda differere: ergo mei, tantum onus in tam debiles humeros tollentis, miseratione te capiat, nec voluntarium felicentis accusa propositum, sed tui caritate & amore, (cuius quanti sit vis quis ignorat?) vt supra vires auderem adactum puta, precibusque à bono Iesu impetra, vt qui linguas infantium faciat disertas, is in mentem immittat meam, quae ad huius argumenti dignitatem, suorum utilitatem, & nominisque sui gloriam conferant.

A 2

C A-

